



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

VIII. Vt ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

scopis dictum est : Placet.

VIII.

Item lectum est, non velandas esse virgines, quæ se Deo vouerint, ° nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos comprobauerit. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.

DE SVBSCRIPTIONIBVS.

Subscribunt in hoc Concilio duodecim episcopi, quorum nomina hoc ordine in exordio Concilii manuscripti ponuntur.

- | | |
|--|----------------------------------|
| I. Fitadius. | <i>subensis, apud Sulpitium,</i> |
| II. Delphinus. | <i>forte Osonobensis.</i> |
| III. Eutyechianus: fuit <i>Bastitanus.</i> | VIII. Splendonius. |
| IV. Ampelius. | IX. Valerius Cæsaraugustanus. |
| V. Augentius. | X. Symposius. |
| VI. Lucius. | XI. Catherius. |
| VII. Ithacius: fuit episcopus <i>Sof-</i> | XII. Idacius. |

NOTÆ.

Hoc an-
lio Con-
cilio Cæsaraugustano Priscilliane dam-
nati.

^a *Concilium.*] Hoc Concilium, inquit Garfias, fuit aliud ab eo, in quo primo damnata est hæresis Priscilliani. Quod prolixè describitur a Sulpitio lib. 2. hist. prope finem. Causam sententiæ suæ nullam affert. Opinor eum ita sensisse, tum quod suo iudicio idem Valerius huic & Eliberitano Concilio subscripserit; tum etiam quod hoc æra 418. id est, anno Domini 380. illud vero Sulpitii longo tempore post hoc celebratum fuerit. Non contradicerem viri doctissimi sententiæ ac iudicio, nisi decreta huius Synodi eam hæresim condemnarent, quam Sulpitius, auctore Priscilliano, in Hispania propagatam ac condemnatam esse describit. De tempore parum discrepamus, nos certis de causis, quas infra referemus, anno 381. hanc Synodum habitam fuisse sentimus. Garfias vix vno anno a nobis discrepat. Quod ait, eundem Valerium huic & Eliberitano Concilio interfuisse, non est probabile; cum sic fere centum annis eum Cæsaraugustæ episcopum fuisse oporteret, vt constabit, si quæ in notis Conc. Eliberitini supra diximus, cum hisce conferas. Itaque auctoritatem Baronii secutus, hunc eundem Conuentum esse puto, quem Seuerus describit, vt ex notis Canonis I. 2. 3. 5. & infra patebit.

An idem
Valerius
huic & E-
libertino
Concilio
interfuerit.

Cæsaraugu-
sta qualis
vrbs.

^b *Cæsaraugustanum.*] Cæsaraugusta in Tarraconensi provincia vrbs mediterranea in primis nobilis, Arragonum ciuitas metropolis, soli vbertate inter Hispaniæ vrbes commendata. De Cæsaraugusta (inquit Garfias Loaisa in notis huius Concilii) Tarraconensis provinciæ vrbs